

adeo iustificauerat, à Deo condemnatus est, & qui se adeo condemnauerat, à Deo iustificatus est. Comparatio autem illa, iustificatus ab illo, seu plusquam ille, est impropria comparatio, in ordine ad æstimationem Pharisæi; quia scilicet Pharisæus solum externa specie, ac opinione sua se iustum reputabat. Publicanus autem ille vera, ac propria iustitia magis iustificatus est coram Deo, quam Pharisæus externa specie, ac opinione sua se falso iustum reputabat. Ac proinde iustificatum plusquam ille se existimabat.

Quia omnis qui se exultat, humiliabitur. Ut superbus Pharisæus, qui à Deo humiliatus, ac reiectus fuit. Et omnis qui se humiliat, exaltabitur. Ut humilis Publicanus, qui Dei gratia, ac adoptione regni cælorum à Deo exaltatus fuit. Theophylactus: Omnis qui se exultat, humiliabitur: Deo illum condemnante, qui autem se condemnando humiliat, exaltabitur à Deo iustificante. Hanc autem sententiam multis in locis explicauit. Vide supra cap. 23. exposuit. 6.

60. Theophyl.

QVÆSTIO X.

Quare oratio Publicani à Deo est exaudita, non verò Pharisæi?

DE hac difficultate latius quæst. sequenti. Nunc ad quæstionem respondet primò D. Paulinus epistol. 10. ad Seuerum: Publicanus, ait, in corde detrito semetipsum accusans Deo, & pectus afflicto crebra manu tundens, ita se in humilitatem debitam strinxit, ut se foramenti acus, hoc est viua crucis, qua arcto tramite ducit ad vitam, diuinorum aurium penetrator insereret. Res miræ quod oratio hominis diuitis, Publicani rapinis, ac iniustitiis dediti tam facile cælos penetret, tamque breuiter ad ipsum Deum ascendat. De diuite ut de re valde difficili dixit Dominus, Matth. 19. num. 23. Facilius est camelum per foramen acus transire, quam diuitem intrare in regnum cælorum. Tamen hic Publicanus vera contritione, ac temporalium contemptu sic se exinanuit, ac extenuauit, ut intaret per foramen acus, hoc est, ut viam atctam, ac tramitem angustum crucis, ac crucifixi ingrederetur, sic à se terrena abiecit, veram pœnitentiam amplexatur, ac Domini exemplum imitatur, ut via crucis, qua arcto tramite ducit ad vitam, diuinorum aurium penetrator insereret. Qui autem cum vera pœnitentia viam crucis tenens orat, promptissimè exauditur.

61. Paulin.

March. 19. Ex pœnitentia, seu crucis habitu orationes fiunt acceptæ.

62. Gillibert.

Dei dona pœnitentibus dantur.

Tertio. D. Zeno Veronensis serm. 1. in Psalm. 13. Publicanus autem, ait, non membratim, sed totus exorat: quia timore totus est humilis, sua peccata contestans, secundum Domini dictum, à quo procedunt vniuersa genera peccatorum, pectus crebro percussiens, quodammodo cor suum manu verecunde castigat. Opponitur Publicanus Pharisæo; nam Pharisæus membratim oculis, manibus, ac voce sese Deo offerebat; cor tamen sibi retinebat, à quo vanitates, ac iactantiæ procedebant. Non sum sicut ceteri homines, &c. At Publicanus, non membratim, sed totum se Deo deuouebat: pectus crebro percussiens. Dans, ac offerens ipsum cor Deo, à quo dimanat quidquid in nostra vita est. A quo procedunt vniuersa genera peccatorum. De anima perfectè Deo consecrata ait Apostolus 1. Corinth. 7. num. 34. Vt sit sancta corpore, & spiritu. D. Hieronymus epistol. 14. de laudibus Virgin. Non dixit, ait, ut sit sancta membro, aut corpore tantum: sed ut sit sancta corpore, & spiritu. Parum erat, quod esset dedicata corpore, nisi & spiritu esset, patum enim prodest, quod omnia tua Deo offeras, si cor tamen tibi retineas.

63. Zeno.

Parte est Deo offerre omnia membra, si cor tibi retineas.

1. Cor. 7. Hieron.

64. Cyprian.

Quarto. D. Cyprianus de orat. Domin. Sanctificari, inquit, hic magis meruit, qui sua peccata confessus humiliter orauit: & exaudiuit orantem, qui humilibus ignoscit. Publicanus, ut auro, argento, ac diuitiis plenus sua conditione valde superbus, & ut officio in republica imminens multum elatus erat, & tamen tam profunda humilitate deicitur, ut à longè staret, & oculos non auderet eleuare in cælum; inde de eius humilitate oratio habet subsidium, ac suffragium, vt ad Deum penetret, Deumque quodammodo peruicere valeat. D. Basilii Seleucus orat. 35. Sola porro, inquit, humilitas vel peccatoribus opitulata dat suffragium pertinens. Et post pauca subdit: Ille peruicentem suffragium obrinuit, humilitatem ad victoriam natus adiutricem. Ex deposita superbia, ac obtenta humilitate magnum suffragium habuit Publicanus ad eximiam sanctificationis, ac filiorum Dei adoptionis dignitatem.

Basil Sel. Ex humilitate suffragium ut ad magna promouetur.

65. Ioan. 21.

Post Resurrectionem apprensus Christus suis discipulis: Dixit Simoni Petro Christus Iesus: Simon Ioannis diligis me plus his? Dicit ei: Etiam Domine, tu scis quia amo te. Dicit ei: pasc agnos meos, Ioan. 21. num. 15. Merito dubitat Cardinalis Toletus, quare Christus Petrum interrogat an plus cæteris diligit, certum enim est Petrum non potuisse de aliorum amore iudicare: non enim agnoscebat, quantum alij diligerent; quomodo ergo ipse poterat respondere, & conferre amorem suum dilectioni aliorum. Ante passionem, cum Dominus dixisset: Omnes vos scandalum patiemini in me ista nocte: tunc dixit Petrus: Et si omnes scandalizati fuerint in te, ego nunquam scandalizabor, Matth. 26. num. 35. & iterum, etiamsi oportuerit me mori tecum, non te negabo. Petrus omnibus se prætulera. Antequam ipse ad collegij Apostolici verticem, ac ad supremam dignitatem sublimetur; de suo amore præ cæteris interrogatur, vt humiliter respondens: Tu scis Domine, à sua iactantia iam mutatus, ac alienus videatur; omnes discipuli ipsum agnoscant à sua præsumptione mutatum, cum iam cæteris non audeat se præferre, imò nec comparare, & ideo iam valde humilis factus totius Ecclesiæ gubernaculo dignissimus appareat. Toletus Ann. 6. ad citat. Ioan. cap. Non interrogabat Christus, ait, an diligeret plus aliis, ut consuetur talem amorem Petrus: sed ut humilitas

Ex humilitate assumitur Petrus ad Ecclesiæ regimen. Tolet.

humilitatem eius alij manifestaret, qui iam cæteris non se præferre, nec comparare esset ausus. Inde dignus effectus est, cui tanta gubernatio committeretur. Deposita præsumptione, amplexata humilitate, ab ipsa suffragium habet, vt summus Ecclesiæ Antistes denuntietur. Cum iam cæteris non se præferre, nec comparare esset ausus.

66. Ad Phil. 1.

Ambros.

Ex iusto humilitatis fundamento dignitas comparatur.

Apostolus scribens ad Philemonem, his verbis epistolæ dat initium: Paulus vincit Christi Iesu, num. 1. Quid est, quod gentium Doctor, subicet regium Sauli nomen, sui que Apostolatus summum fastigium, & tantum pro titulo se vincit scribit. Præclare D. Ambrosius ibi: Paulus vincit Christi Iesu. Vt enim dignitatem epistola à se misse faceret, ab iniuria sua cepit. Non solum subicet Apostolus sui magnalia, ac regium Sauli nomen, præexcellam Apostoli dignitatem, sed etiam ab iniuria sua cepit. Vt humilitatis suffragium magnam suæ epistolæ auctoritatem, ac dignitatem mutuaret; pro titulo iniuriæ, seu contumelia præfigitur in initio, vt ex ipsa eius humilitate tota epistola magnam auctoritatem faceretur. Vt dignitatem epistolæ faceret, ab iniuria sua cepit.

QVÆSTIO XI.

Quare Publicanus tam facile impetrat misericordiam, cum ille, qui tres panes postulauerit, valde difficulter obtinuerit?

67.

Ratio difficultatis.

QVÆSTIO præsens est: Quare iste Publicanus vna sua petitione, Deus propitius esto mihi peccatori; statim impetrauit sui sanctificationem, ac iustificationem, quæ est res valde magna, qua homo constituitur filius Dei adoptiuus, ac hæres regni cælorum; cum tamen ille, qui tres panes postulauit, multis difficultatibus obiectis instanter postulando obtinuerit. Nam cum ille pulsaret, de intus respondit Dominus: Noli mihi molestus esse, iam ostium clausum est: & pueri mei mecum sunt in cubili, non possum surgere, & dare tibi, Luc. 11. num. 7. Et tamen si illi dantur. Si perseuerauerit pulsans dico vobis: propter improbitatem eius surget, & dabit illi. Cur in Publicano tanta facilitas, in hoc vero tanta difficultas?

Luc. 11.

68. Deus facilius dat spiritalia, nõ sic temporalia.

69.

Respondeo, quod pulsans ad ostium postulabat quædam temporalia, tres panes nempe; at verò Publicanus spiritalia, remissionem nempe peccatorum deprecabatur; Deus autem valde promptus ad spiritalia concedenda, non sic vero ad temporalia largienda. Secundò. Ille primus pulsans parum petebat, tres nempe panes; at verò Publicanus multum obsecrat, indulgentiam nempe suorum peccatorum, à magnifico autem, ac supremo Domino non exigua, sed ampla querenda sunt, à magnis enim postulatis magna voluntas prouocatur, à minimis verò quodammodo ad largiendum hebetatur. Prodigus in regione longinqua in se reuerfus multa disponit, ac præparat, vt ad domum patris reuertatur. Dixit enim: Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus, ego autem hic fame pereo. Statim ire disponit: Ibo ad patrem meum. Verbaque ei dicenda cogitat, ac pensitat: Pater, peccati in cælum, & coram te, iam non sum Sylueicia in Euang. Tom. IV.

Luc. 15.

dignus vocari filius tuus, fac me sicut vnum de mercenariis tuis, Luc. 15. num. 18. Tandemque cum venisset ad patrem conceptum sermonem ei proponit, dicens: Pater peccati in cælum, & coram te, &c. At verò cum sanctus Latio penderet in cruce, à Christo Domino postulat, dicens: Domine, memento mei cum veneris in regnum tuum, Luc. 23. num. 42. Statim optata impetrat: Hodie mecum eris in Paradiso. Cur in Latrone vna breuis petitio sufficiens, cum in Prodigio tot, ac tantæ præparationes præmittantur. Gillibertus Abbas sermone 3. in Cantica: Mercenariam, ait, conditionem à patre rogauit, modeste quidem pro meritis, sed de paternæ miserationis copia iniuriöse sentiens. Latronis votis statim annuit, onerosè magna, & alta, regnum nempe postulauit. Prodigus verò parçè, & angustè mercenariam conditionem requirit, inde à tam exigua petitione paternæ benignitas, quodammodo retardatur, quæ quodammodo à magnis sollicitatur.

Luc. 23.

A magnè Domino magna querenda, & non parua. Gillibert.

70.

Isai. 7.

Basil.

Parua petere videtur tentare Dominum esse.

QVÆSTIO XII.

Quare Publicanus præ Pharisæo iustificatur?

AD quæstionem primò respondet D. Ambrosius in Psalm. 118. serm. 3. Non mentiebatur, inquit, Pharisæus, imò etiam vera dicebat: sed omnis, qui se exultat, etiamsi vera dicat, offendit. Denique probator Pharisæus ingressus est templum, quam Publicanus, & condemnatus exiuit. O quantum crimen superbia, vt ei etiam adulteria præferantur! Quamuis Pharisæus probator veniret in templum, quam Publicanus ille; tamen Publicanus quamuis rapinis plenus sua humilitate meruit salutem assequi. Pharisæus verò licet non esset homicida, raptor, iniustus, & adulter; tamen cum inaniter virtutes suas iactat, totum perdidit, & damnatus exiuit. Rectè Diuus Gregorius Papa lib. 19. cap. 12. Ecce, ait, Pharisæus ciuitatem cordis sui insidiantibus hostibus per elationem aperuit; quam frustra per ieiunium, & elemosinas clausit: incassum munita sunt cætera, cum locus vnus, de quo hosti pateat aditus, munitus non est: gratias rectè agit: sed peruersè se super publicanum extulit: ciuitatem cordis

71. Ambros.

Virtutes omnes per iactantiam perduntur.

Gregor.



cordis sui extollendo prodidit, quam abstinendo, & largiendo seruauit.

72.

3. Reg. 13.

Per vanam gloriam perduntur omnia dona superna.

Gregor.

73.

Chrylost.

Patientia in iniurijs illata compendiosa via ad salutem.

1. Reg. 1.

Chrylost.

74.

August.

Confessio peccatorum praesertim Publicanum.

Saluian.

Propheta à Domino missus ad Ieroboamum præclara edidit miracula; nam altare lapideum verbo scidit, regis manum subito arefecit. Et statim immissa oratione, ad pristinam sanitatem reuocauit, 3. Regum 13. num. 3. Tamen paulò post à Pseudopropheta deceptus est, ob mandatum diuinum transgressum à leone in via interceptus est, ibidem num. 19. Cur tantus Propheeta in tantam poenam, ac culpam incidere permisus est? Fortè quia interius de rege admonito, ac mirabilibus à se factis gloriabatur. D. Gregorius lib. 13. moralium cap. vltim. Forſitan, ait, quia apud ſemetipſum tacitus, pro præceptis Domini regem se contempſiſſe gloriabatur, ab interina mox ſoliditate quaſſatus eſt, & inde ei in opere culpa ſubrepiſſe, vnde gloria in corde ſurrexit. Et ideo omnia, quæ in diuinis mandatis exequendis ediderat, perdidit. Quia gloria in corde ſurrexit.

Secundò, D. Chryſoſtomus homilia de Dauid & Saul: Publicanus hoc tantummodo dixit, inquit, Propitius eſto mihi peccatori, & deſcendit iuſtificatus in domum ſuam. Vides celeritatem? Accepit probum, & abluit probum. Quot labores erant ſubendi Publicano, ieiunando, humili dormiendo, vigilando, bona ſua pauperibus elargiendo? At nunc cum nihil tale fecerit, ſimplici verbo omnem depoſuit iniquitatem, ac probra Phariſæi pepererunt illi iuſtitia coronam, id eſt, ſine ſudoribus, ſine laboribus, & abſque longi temporis mora. Gloriabatur Phariſæus in ſuis ieiunijs, eleemoſynjs, ac alijs operibus: Non ſum, ſicut ceteri homines raptores, iniuſti, adulteri; velut etiam hic Publicanus. Audit Publicanus ſe inter raptores, ac adulteros conſtitui, & tamen tantam iniuriarum grauitatem patienter ſuſtinens tantum dicebat: Deus propitius eſto mihi peccatori. Quid inde factum eſt, vt eius oratio tanta iniuriarum tolerantia cælos penetraret, & remiſſionem peccatorum obrineret, ipſa iniuriarum tolerantia ſuppleuit omnia, quæ per longa poenitentia exercitia ieiunando, corpus caſtigando, vt abſque illis optatam indulgentiam peccatorum impetraret. Probra Phariſæi pepererunt illi iuſtitia coronam, id eſt ſine ſudoribus, ac laboribus, & abſque longi temporis mora. Exprobrabat Phennena Annæ ſterilitatem eius, 1. Regum 1. num. 6. Illa verò iniuriam diſſimulans orabat ad Dominum, & inde maximè meruit exaudiri. D. Chryſoſtomus homil. de prodicione Iudæ: Cum, ait, de inimici culpa diſſimulas; de tuis delictis ſolita benignitate Dominus exorat. Vide verb. Iniuria.

Tertiò, D. Auguſtinus lib. de ſancta Virginit. cap. 32. Enumerationi meritorum præfertur confeſſio peccatorum. Et epistol. 58. Ille, ait, in corde contrito ſui accuſator accipitur, & obinet veniam de confeſſis. Intrauerat Phariſæus templum, multaque virtutum opera proponit; ac Publicanus nullum bonum exponit, ſed tantum corde contrito peccata ſua confitetur, cuius indulgentiam deprecatur, quam benignè à Deo impetrat. Enumerationi meritorum præfertur confeſſio peccatorum. Quod enim integra confeſſione accuſatur, plenaria remiſſione abſoluitur, ex quo grauiffimè dixit Saluianus lib. 2. de Prouidentia: Nos hoc ſolum malis noſtris addere poſſumus, vt nos innoxios iudicemus.

Quartò, D. Ambroſius lib. 2. de offic. cap. 18. Multum, ait, verecundia placet, multum conciliat gratia apud Deum. Nonne hac prætulit publicanum, & commendauit eum, qui nec oculos audebat ad cælum leuare? Præfertur Publicanus Phariſæo, vnde ſanè? maximè ex modeltia. Nam Phariſæus, vt credere par eſt, oculos atroganter erigebat ad cælos; è contra verò Publicanus ſic demiſſos habebat, vt nolebat nec oculos ad cælum leuare. Ex qua verecundia maximè Deo placuit. Et hac prætulit Publicanum, & commendauit eum. Statim ſanctus Doctòr expendens illud Apoſtoli Petri 1. cap. 3. num. 4. de ſpiritu modoſto dicentis: Qui eſt in conſpectu Dei loquens: ſic ſubdit: Dives eſt apud Deum modeſtia, apud quem nemo dives; diues eſt, quia portio Dei eſt. Magna modeſtiæ laus, vt ſit Dei portio, ac pars, ac ſi ipſa diuinitas ſine modeſtia conſiſtere non poſſit, non enim vna res ſine ſua portione perſiſtere valet.

Quintò, D. Baſilius Seleucus oratione 35. Expendit, ait, oratione iuſtum de ſe magnificè ſentientem, & peccatorem abiectè, vt inopinato verſa victoria ſpes fugam ſuperbia annuntiet. Phariſæus ſe iuſtum teſtificabatur. Publicanus ſe peccatorem dicebat: Quid inde? ait textus; deſcendit hic iuſtificatus præ illo. Semper in veritate oppoſita ſtat conditio illorum diſtis, qui de ſe magna loquuntur. Verſe victoria ſpes. Qui enim ſe peccatorem dicebat, in veritate iuſtus apparet, & qui de ſe iuſtitiam publicabat, damnatus peccator conſiſtit.

Ait Chriſtus ſuis diſcipulis: Cum feceritis omnia, quæ præcepta ſunt vobis: dicite ſerui inuiles ſumus, Luc. 17. num. 9. Cùm homo adimplet præcepta ſibi mandata, maximè ſe ſeruum vtilem, ac proficuum oſtendit in obſequio diuino, quomodo ergo poſt adimpleta præcepta iubetur homo ſe ſeruum inutilem dicere? Sic ſe habet humana conditio, vt ſemper externa verba diſſentiant, ac diſcrepent, ab eo quod ſumus, vis ſcire qualis ſit homo, audi eum loquentem; ſi ſe ſeruum vtilem affirmat, inutile eſt, cum autem ſe ſeruum inutilem publicat, valde vtilis, ac proficuum in te perſiſtit. D. Chryſoſtomus homil. 3. in Matth. ſic monet: Si te laudandum eſſe dixeris, reprobus effectus es, etiamſi fueris antea laudabilis. Si verò inutilem te eſſe fatearis, factus es vtilis, etiamſi fueris antea culpabilis.



CAPVT XXXI.

Encania facta.

IOAN. 10. n. 22. Facta ſunt Encania in Ierolyſymis, & hyems erat. NUM. 23. Et ambulabat Ieſus in templo in porticu Salomonis.

VERSIONES.

Syriac. Arabic. Factum eſt feſtum Encaniorum. Marti. Factum eſt feſtum dedicationis templi.

Arabicum.

75. Ambros.

Verecundia maximè placet.

1. Petr. 3.

76. Basil. Sel.

Cum homo de se loquitur aliud est ab eo, quod ipse dicit.

77. Luc. 17.

Verba diſſentiant à reſ veri tate.

Chryſoſt.

Arabicus. Ambulabat Ieſus in porticu templi.

EXPOSITIO I.

1. Connexio textus.

Matth. 19.

Ioan. 19.

2.

Tolet. Maldon. Cornel.

Carthuf.

3.

3. Reg. 6.

Riberia. Barrad.

OST propositam parabolam de Phariſæo, & Publicano ſcribit D. Lucas cap. 18. num. 15. allatos ad Chriſtum infantem, vt illos tangeret; ac etiam ibidem num. 18. narrat principem quendam deſiderantem habere vitam æternam, quæ etiam narrat D. Matthæus cap. 19. num. 13. & 17. Quia verò D. Matthæus citato cap. 19. num. 1. illa explicat facta, poſtquam Chriſtus venit in fines Iudææ trans Iordanem. Et Ioannes Euangelista hoc cap. 10. num. 40. Quod poſt facta commemorata in feſto Encaniorum, ait: Abierit Ieſus trans Iordanem in eum locum, vbi erat Ioannes baptizans primum. Ided quæ Ioannes ſcribit in hac ſecunda parte cap. 10. præcedunt ea, quæ Matth. cap. 19. & Lucas in ſecunda parte cap. 18. narrant.

Facta ſunt Encania. Quæ Ioannes hic narrat in hac ſecunda parte cap. 10. non ſunt continuata cum his quæ ipſe refert cap. 8. 9. ac in prima parte huius cap. 10. Nam illa acciderunt poſt feſtum Scenopogia, ſeu Tabernaculorum, quod celebrabatur in fine Septembris; hæc autem contigerunt in feſto Encaniorum, quod recolebatur in meſe Caſſeu. Ad finem ſcilicet Nouembris, vt notarunt Toletus, Maldonatus, Corneliuſ. Facta ſunt Encania; hoc eſt feſtum Dedicationis, ſeu renouationis templi. Encania nomen eſt Græcum, & idem valet, ac apud Latinos renouatio, ſeu innouatio; dicuntur Encania in plurali, vt notat Cathoſianus, quia hoc feſtum à die ſcilicet vigefima quinta Nouembris vſque ad diem tertium Decembris. Et hyems erat. Iam enim initium hyemis vigeat.

Ambulabat Ieſus. Vt paratum ſe exhiberet ad docendum, ac beneficiandum. In templo. In parte ſcilicet templi anteriore, vbi dabatur ingreſſus Iſraeliticis; & ambulare communis conſuetudo permittebat. In porticu Salomonis. Ante templum erat atrium bipartitum: primum & interius erat ſacerdotum, in quo ſacerdotes offerrebant victimas in altari holocauſtorum. Secundum atrium, & exterius, contiguum erat atrio interiori ſacerdotum, vocabaturque atrium laicorum, & quamuis eſſet ſub aère, ac dio conſtitutum, tamen à latere cingebatur porticu, ſeu loco aperto, ac idoneo, vt ad illum populus tempore pluuiæ, venti, grandinis ſe ſe reciperet; vt patet 3. Regum 6. num. 3. Hoc ergo atrium vocari porticum Salomonis, ſatis latè docent Franciſcus Riberia lib. 1. de templo, cap. 16. Barradas tom. 3. lib. 4. cap. 16. In hoc ergo atrio laicorum ambulabat Ieſus; nam quamuis ipſe eſſet ſummus Sacerdos ſecundùm ordinem Melchiſedech, communi tamen populù opinionì condeſcendens, vt ſcandalum vitaret, in hoc atrio ambulabat, ac debebat: In porticu Salomonis, ſic dicta porticus illa, quia in reedificatione templi extructa fuit ad illum modum, & formam, quo à Salomone ædificata eſt.

\* \* \*

Sylueira in Euang. Tom. IV.

QVÆSTIO I.

Quare tam accuratè Ioannes facit mentionem feſti Encaniorum, ſeu memoria Dedicationis Templi?

ENCANIOS, vt iam dixi in expoſitione, nomen eſt Græcum, & idem eſt; ac apud Latinos renouare, ſeu initiare; hæc autem ſolemnitas fiebat in memoriâ renouationis, ſeu dedicationis Templi. Templum autem tripliciter dedicatum legitur. Primò à Salomone, 3. Regum 8. Secundò poſt rēditum à captiuitate Babylonica, vt patet ex lib. 1. Eſdræ cap. 6. & 8. fuerat enim à Chaldæis deſtructum. Tertio renouatum eſt à Iuda Machabæo, vt conſtat ex 1. Machabæorum, cap. 14. & ex lib. 2. cap. 10. Templum enim profanatum, & ex magna parte dirutum eſt ab Antiocho Epiphane; à Machabæis autem rurfus conſecratum, innouatum, ac dedicatum eſt.

De qua dedicatione hic ſit fermo, dubitatur. D. Chryſoſtomus, Euthymius, Theophylactus, Caietanus, Abulenſ. Leuitic. 23. de inſtauratione facta à Zorobabel poſt captiuitatem Babylonicam ſermonem hic interpretantur; communis tamen ſententia eſt hodie, quam tradunt Beda, Haymon, Ericus, Alcuinus, Rupertus, D. Thomas, Gloſſa Ordinaria, Hugo, Ianſen uſ, Maldonatus, Barradas, Lucas Burgenſ. Cornelius, & alij; qui omnes docent hic eſſe ſermonem de Encanijs, ſeu renouatione, ſeu dedicatione Templi, ſeu altaris à Iuda Machabæo renouati. Fundamentum eſt, quia in nullo Scripturæ loco datur præceptum celebrandi dedicationem primi templi Salomonici, aut ſecundi templi ædificati poſt exilium Babylonicum. At apud Iſraelitas erat conſtitutum præceptum, vt ageretur feſtum dedicationis altaris, ſeu Encaniorum per dies octo ſequentes pro dedicatione facta à Machabæis, 1. Machabæorum cap. 4. num. 59. Statuit Iudas, & fratres eius, & vniuerſa Eccleſia Iſrael, vt ageretur dies dedicationis altaris in temporibus ſuis ab anno in annum per dies octo à quinta, & vigefima die menſis Caſſeu, cum lætitia, & gaudio. Et idem habetur 2. Machabæorum cap. 10. num. 6. Menſis Caſſeu, id eſt Nouembris, ſeu vt alij volunt Decembris; Caſſeu enim incidebat partim in Nouembro, partim in Decembro.

Ad noſtram quæſtionem reſpondet primò D. Cyrillus Alexandrinus lib. 7. in Ioannem, cap. 9. Iudei, ait, obdurati magis eum captiombus ſuis tentare, quam illi obedire volebant. Vnde ipſi nouas fraudes, & inſidias moluntur, eo potiſſimum tempore quo diuinis officijs magis intenti eſſe deberent, ſcilicet die Encaniorum. Deſcribitur feſtiuitas dedicationis templi, eiùſque ſolemnitas, vt maxima malitia, ac nequitia Iudæorum denotetur, quæ in ipſo die feſtiuitatis, in quo potiſſimum debebat bonis operibus vacare, à ſua tamen peruerſitate non deſtitit, ſed operi prauo, ac iniquo inſtat volens capere Ieſum, à quo tanta beneficia in omnes diſſundebantur.

Secundò, Theophylactus: Alij dicunt: Euangeliftam dicere Encania conſtructi templi poſt captiuitatem. Non celebratur prima templi ædificatio, ſed illius inſtauratio, ac renouatio poſt captiuitatem, vt vult Theophylactus, quia poſt diuturnum laborem alicuius rei inuentio, ac reſtauratio gratior,

CCC 2

Triplicem templi dedicationem.

1. Eſdræ 6.

1. Machab. 14.

5.

Chryſoſt. Euthym. Caietan. Abulenſ. Beda.

Haymon. Ericus. Alcuin. Rupert. D. Thom.

Gloſſa. Hugo. Ianſen. Maldon. Barrad. Burgenſ. Cornel.

1. Mach. 4.

6.

Cyriſt.

Magna iniquitas feſti operi malo incumbere.

7.

Theophyl. Reſtauratio in maiori æſtimatione, quam poſſeſſio.